

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

**Caput XXII**

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

& oleo meliores fiunt. Tantæ perraro magnitudinis, sigillorum ut recipient sculptras. Haud exiguis tamen in Cœnobio agri Lugdunensis; & qui Pragæ in Sacello Divi Venceslai visebatur, dodrante hoc major est. Bodin. l. 2. Theatri. Longior Magdeburgi quem pars turrita capsula, in qua Eucharistia gestatur, continer. Othonis primi capulum cultelli fuisse dicunt. Inventa aliquando in Cypro gemma est, cujus pars Smaragdus dimidia, dimidia Iaspis. Vis Smaragdo mira est. Venenorum & venenatorum hostis est mortuum: imò si ab iis vincatur, rumpitur. Coxæ mulieris alligatus partum promovere; ventri impositus, retinere dicitur. Senner. l. 5. Epitom. scient. Natur. cap. 5. Annulo inclusus, aut à collo suspensus, si nudam coningat carnem, ab apoplexia præservat. Plater. l. 1. def. Cognitum mortui Domini digitis quibus fuit gestatus, obſilire. Rei veneræ quoque est impatiens, nam si dum commiscentur corpora, contingat cutim, rumpitur. Non dubitavit Albertus afferere Regi Hungariæ benevolentiam conjugalem exhibenti, in tres divulsum fuisse partes. *Heliotropium sanguineis* gemma distincta est venis. Dejecta in vas aquæ, fulgorem Solis accendentem percussu mutat sanguineo. Extra aquam speculi modo solem accipit, deprehenditque defectus, subeuntem Lunam ostendens. *Topazius* non transluget modò, sed etiam mirificè lucet exitque in colorem auro similem fulgor. Magnitudine cæteras vincit gemmas. Inde enim Arisnoë Ptolemai Philadelpi uxori, facta statua quatuor cubitorum, & in delubro, aereum quod nominatur sacra.

## C A P U T XXII.

DE AMETHYSTO, HYACINTHO,  
Sardoniche & Onychite.

**A** Methystus sic dicitur, quod usque ad vini accedens colorem priusquam eum deguster inviolam definat. Plinius l. 21. cap. 8. Umbilico admotus,

G. 6.

vini

vini vaporem primo ad se trahit, post discutit; proinde ferentem vindicat à crapula. *Aristot.* *Hyacinthus* sereno cælo superbire dicitur impensis, nubilo obscurior. Pertinaci frigilitate densat corpora atque reficit, & gestantem à saviente peste adserit. *Sardonyx* ex Sardio & Oniche composita gemma; Vnguis humani carnibus impositi speciem gerit inversa. Generosiores radices à quadam nigricante basi, *Onychas* primum repræsentant; hinc subrubente præcinguntur Zona, à qua in gyri modum alba ambiuntur linea; tum ampliore intercapidine in ampliorem meant circulum: postremo omnibus iis Zonis, altera quadam substernitur basis. *Magnæ* apud Græcos hæc gemma authoritatis. *Policrates* Samiorum Tyrannus tanti æstimavit, ut, cum faventi perpetuo fortunæ, iratum subjugere vellet; annulum, in quo ille, in mate abjecterit. *Onychites* Coloniae, in Templo trium Regum palmo est latior. *Agricola*. Ejus venæ lactea ita discutunt, ut duorum juvenum exprimant capita: nigra, ut & serpentem, qui ex fronte superioris capitis, in inferioris descendat frontem, & caput Æthyopis, cui barba nigra. Id vero super mandibulam candidi locatum est capitis. Duo Onyches sub mensa constituti, adeò inardescunt, manus ut ferre nequeant.

### CAPUT XXIII. DE JASPIDE, NEPHRITHICO, & ACHATE.

**J**aspis femori alligatus uteri & sanguinis fluxum, nullo qui fistitur remedio, fistit; hæmorrhagiam autem natum à collo suspensus. *Sennert.* l. 5. *Epi-*  
*tom. scient. Natural.* Super os stomachi adstrictus, per diem ad noctem ab Epilepticis portatus, si subsequatur sudor à paroxysmo liberat; sin minus concidit æger. *Baccius de gemmis.* Plinius testatur undecim unciarum à se visum, formatamque inde effigiem Nero-niss thoracatam. *Plinius* l. 37, cap. 9. Reperitur in Silice.